Fragmentarium

percuſſus eſt grauiore uulnere in ani
ma quam ille in corpore quem cerne
re concupiuit. cecidit que miſerabilius
quam ille quo cadente factus eſt cla
mor qui per eius aures intrauit et re
ſerauit eius lumina ut eſſet qua feri
retur et deiceretur audax adhuc potius
quam fortis animus. et eo infirmior
quo de ſe preſumpſerat qui debuit de
te. Ut enim uidit illum sanguinem
inmanitatem ſimul ebibit. et non se
auertit ſed fixit aſpectum. et haurie-
bat furias et neſciebat. et delectabatur
ſcelere certaminis. et cruenta uolup
tate inebriebatur. et non erat iam
ille qui uenerat ſed unus de turba ad
quam uenerat. et uerus eorum ſocius
a quibus ſeductus erat. Quid plura?
Spectauit. clamauit. exarſit. abſtu
lit inde ſecum inſaniam qua ſti
mularetur redire. non tantum cum
illis a quibus prius abſtractus eſt. ſed
etiam pre illis et alios trahens. Et in
de tamen manu ualidiſſima et mi
ſericordiſſima eruiſti eum tu. et do
cuiſti non ſui habere ſed tui fiduciam.
Sed longe poſtea. Uerumtamen iam
hoc ad medicinam futuram. in eius
memoria reponebatur. Nam et il
lud quod cum adhuc ſtuderet iam
me audiens apud karthaginem et
medio die cogitaret in foro quod re
citaturus erat ſicut exerceri ſco
laſtici ſolent. ſiuiſti eum compre
hendi ab edituis fori tamquam fu
rem. non arbitror aliam ob cauſam
te permiſiſſe deus noſter. niſi ut ille uir
tantus futurus iam inciperet diſcere.
quam non facile in cognoſcendis cauſis
homo ab homine dampnandus eſſet te
meraria credulitate. Quippe ante tri
bunal deambulabat ſolus cum tabulis
et ſtilo. cum ecce adoleſcens quidam ex
numero ſcolaſticorum fur uerus ſecu
rim clanculo apportans. illo non ſenti
ente ingreſſus ad cancellos plumbeos
qui uico argentario deſuper preminent. pre
cidere plumbum cepit. Sono autem
ſecuris audito ſubmurmurauerunt
argentarii qui ſubter erant. et miſe
runt qui apprehenderent quem for
te inueniſſent. Quorum uocibus au
ditis relicto inſtrumento ille diſceſ
ſit. timens ne cum eo teneretur. Aly
pius autem qui non uiderat intran
tem exeuntem ſenſit. quia celeriter
uidit abeuntem. Et cauſam ſcire cu
piens. ingreſſus eſt locum. et inuentam
ſecurim ſtans atque admirans conſi
derabat. cum ecce illi qui miſſi erant
reperiunt eum ſolum ferentem fer
rum. cuius ſonitu excitati uenerant.
Tenent. trahunt. congregatiſque inqui
linis fori. tamquam furem mani-
feſtum ſe comprehendiſſe ſe gloria
bantur. et inde offerendus iudicibus
ducebatur. Sed hactenus docendus fuit.
Statim enim domine ſubueniſti in
nocentie. cuius teſtis eras tu ſolus.
Cum enim duceretur uel ad cuſtodi
am uel ad ſupplicium. fit eis obui
am quidam architectus cuius ma

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 44 b, fol. [1]r – Augustinus Aurelius, <i>Confessiones</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-50ma/10417/76204)